

V. Gaude & lætare, Virgo Maria, alleluia.

R. Quia surrexit Dominus vere. alleluia.

Autre Antienne à la Vierge.

Salve, Regina, mater misericordiae: vita, dulcedo et spes
nostra, salve. Ad te clamamus exulas filii Evæ: Ad te
suspiramus gementes & flentes in hac lacrymarum valle. Eia
ergo, Advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos
converte. Et Jesum, benedictum fructum ventris tui, nobis
post hoc exilium ostende. O clemens, o pia, o dulcis, Virgo
Maria.

V. Ora pro nobis, Sancta Dei Genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Autre Antienne à la Vierge.

Inviolata, integra et casta es, Maria,
Quæ es effecta fulgida cœli porta
O mater alma Christi carissima,
Sulcipe pia laudem præconia.
Nostra ut pura pectora sint et corpora,
Te nunc flagitant devota corda et ora.
Tua per precata dulcisona,
Nobis concedas veniam per sæcula,
O benigna! O Maria! O Virgo pia!
Quæ sola inviolata permanisti.

F I N I S.

50